citare comiserit totiens recedendo ab omni suo proprio et competenti
foro coram praesenti Castrensi Premisliensi officio Curiae Capitaneali praesentibus re-
spectu cum successoribus bonisque omnibus ultro subicit ac incorporat
semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare parere
respondere ac loco responsionis sub vadio pro quo citatus fuit eundem
suis successoribus inscriptionique praesenti et omnibus eius Contentis satisfa-
cere cum suis successoribus sub quibus opus fuit tenebitur ab officio non disce-
dendo terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes tan-
quam transacturum terminos Nullis in Contrarium dillationibus tam de
iure quam Consuetudine dari et admitti solitis Motionibus applicationibus
earumque gradationibus prosequutionibus Evasionibus protestationibus su-
spensionibus per unum tertium Marcam atque nullo alio modo ac
legalibus quibusvis impedimentis differendo et longando atque excipiendo
Inhaesit cum successoribus suis omnibus et singulis beneficiis Statuto-
rum et Constitutionum regni atque Consuetudinis iuris renunciando nec
quicquam sibi cum suis successoribus in auxilium Causae et transactionis
Contrarium suum et eius successores in quolibet gradu et puncto iuris dici
piendo sive et suorum successorum sub amissione totius Causae vel solutione
vadii seu vadiorum quo vel quibus solutis nihilominus inscriptioni praesenti et
omnibus eius Contentis satisfacere cum successoribus suis tenebitur Nulla
protestatione Terrestri in premissis omnibus obstante quod memoriali firmatum est.

Popieliowski quietat Thurzan
skie Lechniowietha

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus personaliter Stans
Nobilis Iwan Kolodziej Popieliowsky dictus Kalezowicz a terris
districtibus iuribusque suis quibusvis propriis a foro competenti se ex-
cindendo illisque per expressum renuncians huic officio praesenti iurisdictioni Ca-

strensi se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad hunc
actum attinet incorporando et subiciendo Sanus mente et Corpore
existens publice palam ac per expressum recognovit Quia a nobilibus
Szienko Iwachno Wasz Misz Thurzanskie Lechniowietha
summam Centum florenorum pecuniae numeratae et monetae Poloniae debiti
certi ipsi per eosdem Thurzanskie actis terrestribus Premisliensibus sol-
vi pro tempore certo ipsa inscriptione assignato iamque praeterito inscripti
in bonisque suis quibusvis assecurati totaliter et in effectu recepit
ac manualiter levavit levatamque adsecuravit Ratione cuius re-
ceptionis et levationis summae praefatae Centum florenorum pecuniae praedictae eo-
sdem Thurzanskie et eorum successores de eadem summa quietat
liberosque ac immunes facit et pronunciat perpetuis temporibus
Ipsamque inscriptionem Coram Iudicio et actis terrestribus Premisliensibus
factam super summam praedictam sibi ab eisdem servientem Cum omnibus
eiusdem Condicionibus punctis Clausulis articulis ligamentisque
et vigore Cassat annihilat mortificat obliterat perpetue ac in aeternum
sibi et successoribus suis ratione praemissorum aeternum imponendo
silentium praesentium sua recognitione mediante.

Thurzanski quietat alium

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus personaliter Stans
Nobilis Hriczko Thurzansky Petrulowicz Kiczka a
terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis a foro competenti
recedendo illisque per expressum renuncians huic officio praesenti iuribus Castre-
strensi se cum successoribus suis possessionibus bonis omnibus quo ad hunc actum attinet
incorporando et subiciendo Sanus mente et Corpore existens publice palam
ac per expressum recognovit Quia a nobili Wasko Thurzansky
Lozowicz summam Decem florenorum pecuniae numeratae et monetae Poloniae

ipsi pendentem ad priorem et originalem summam Triginta
quatuor florenorum pecunie modo quo cumque coram iuditio
et actis terrestribus Premisliensibus facit et recognovit in bonis suis quibus
cumque assecurat actis presentibus Castrensibus Premisliensibus adscriptam adiuncta
et associatam totaliter et in effectu recepit a manibus Leonardi Lena
tamque ad se tulit Ratione cuius receptionis et levationis summe predicte
Decem florenorum pecunie adscriptitie eundem Waszko Lorowicz
et eius successores de eadem summa Decem florenorum pecunie adscriptitia
quietat liberumque ac immunem facit ac perpetuis temporibus
... Ipsamque inscriptionem adscriptitiam in actis presentibus Castrensibus
contenta super summam predictam Decem florenorum pecunie polonicalis
sibi ab eodem serviens cum omnibus eiusdem conditionibus punctis
clausulis articulis ligamentisque et nexu cassat annihilat mor-
tificat obliterat ac pene ac in vanum sibi et successoribus suis pro
eadem summa Decem florenorum pecunie adscriptitia agendi ... ..
... imponendo silentium perpetuum sua recognitione mediante .

Thurzanski adscribit alio

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus personaliter constitutus
Nobilis Waszko Thurzansky filius nobilis Andreij Thurzansky
... cum assistentia personali eiusdem parentis sui ipsi ad omnia in
frascripta libere consentiens A terris dictionibus iuribusque suis quibus
cumque propriis ac foro competenti recedens illisque per expresse re-
nuncians sese ... iurisdictioni ... cum successoribus bonisque suis quo
ad hunc actum attinet incorporans et subiciens sanus mente et corpore suis
publice palam ac per expressum recognovit Quia nobili Hriczko
Thurzansky Ketelowicz et eius legittimis successoribus ad priorem
et originalem summam Triginta quatuor florenorum pecunie
... et numeri polonicalis ipsi pendente actis terrestribus Premisliensibus ...

scripti in bonis suis certis assecurat summam viginti duorum florenorum
pecunie monete et numeri polonicalis adscribit adiungit annectit et associat
eandemque summam adscriptitiam cum summa originali coniungit priorem
inscriptionem originalem presentem adscriptitiam presentem ... priorem appro-
bando ratificando et comprobando Quam quidem summam adscriptitiam
insimul cum summa originali videlicet Quinquaginta sex florenorum pecunie
numeri et monete polonicalis se cum successoribus in bonis suis quibus omnibus
haeredibus et obligat et inscribit eidem Hriczko Thurzan-
sky ante eius possessionem pro die et festo Conversionis sancti Pauli
apostoli proxime venturo in Castro Premisliensi circa acta presentia
Castrensia Premisliensia totaliter et in effectu dare solvere reponere re-
quirere ... sub vadio simili sum-
me adscriptitie viginti duorum florenorum pecunie monete polonicalis
Preterea se cum successoribus in et super bonis suis quibus omnibus obligat et
inscribit presentem inscriptionem ex actis Castrensibus ad acta terrestria Premi-
sliensia ante decursum unius anni transferre et transportare sub
vadio viginti duorum florenorum pecunie numeri et monete polonicalis Pro
qua quidem summa originali cum presenti adscriptitia insimul iuncta tum
etiam vadio ex qua cumque re et causa succumbit et succumbendo quibus se
prenominatus Waszko Thurzansky cum successoribus suis eidem
Hriczko Thurzansky ante eius possessionem citare permiserit tribus recedendo
ab omni suo proprio et competenti foro coram presenti Castrensi Premisli-
ensi officio ... presentibus respectu cum successoribus bonisque omnibus
ultro subicit et incorporat semper in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare parere respondere ac loco ... sub omni-
bus quibus citatus cum successoribus ... inscriptioneque presenti